



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

XXVIII. Ein General Confirmation Babsts Benedicti dess XII Aller vnd Itzlicher dess Closters Hymmelpforten geistlichen vnd weltlichen Indulten vnd Privilegien, die sie von geistlicher odder ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

XXVIII. Ein General Confirmation Babfts Benedicti des XII Aller vnd Itzlicher des Closterfs Hymmelpforten geistlichen vnd weltlichen Indulten vnd Priuilegien, die sie von geistlicher odder weltlicher Obrigkeit erlangett.

Benedictus, Episcopus, seruus seruorum Dei, Dilectis filiis Abbati et conuentui monasterii in Celiporta, Cysterchienfis ordinis, Brandenburgensis dioecesis, salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica piis uotis et honestis petentium precibus fauorem beniuolum imperitari. Eapropter dilecti in domino filii, uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris, Romanis pontificibus, siue per priuilegia uel alias indulgentias uobis et monasterio uestro concessas, nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus et aliis Christi fidelibus rationabiliter uobis indultas, sicut eas iuste et pacifice obtinetis, uobis et per uos eidem monasterio autoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hec attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se nouerit incursum. Datum Auinioni, Idibus Aprilis, pontificatus nostri Anno secundo.

Auscultata et Collationata est hec presens Copia per me Erasmum Seydell, supradictum Notarium publicum et concordat cum suo uero originali de uerbo ad uerbum, quod attestor hac mea manu propria.

XXIX. Otto vnd Henning Kratz vnd Otto von Ellingen Bekennen Vvnd bezeugen In difem brief, das Irer Mutter Schwester Hern Ludolffs von Nawen Ritters Witwe, sambt Iren zween Sohnen, Ludolf vnd Nielaffen, dem Closter Hymmelpforten In Irem vnd anderer Beysein verkaufft haben die Obergerichte an Storkow sambt dem Halben stiefs dafelbst vor Sibentzehen Mark Silberfs u. f. w.

In nomine Domini Amen. Nos Otto Kratz, Hennigh Kratz, Otto de Ellinge presentibus publice recognoscimus et testamur, quod nostra matertera Mechtildis, relicta quondam domini Ludolphi, militis de Nawen, et sui filii, scilicet Ludolphus et Nicolaus, maturo consilio prehabito Hinrici Trift nostrorumque ac aliorum suorum amicorum, iuste et rationabiliter uendiderunt Reuerendo domino, domino Johanni, Abbati in Celiporta, suoque conuentui superius ius omne, quod hucusque ad eam et ad suos filios prefatos pertinuit, et omnia, que ratione illius superioris iuris eos tangere poterat in uilla Storkouu cum dimidio fluuio eiusdem uille pro decem et septem macris argenti. que ad natiuitatem domini pro media parte et ad festum Pasche proximum eisdem finaliter propagabunt. Et senior filius, uidelicet Ludolphus, iam habens annos plenos, cum matre predictum ius cum fluento ad manus predicti domini Johannis, Abbatis, ueri domini sui, nobis uidentibus, resignarunt, et ut prefati uiri religiosi in Celiporta ab impetitione maneat liberi, pro Nicolao, fratre Ludolphi, qui annos pubertatis nondum habet, cum ad annos legitimos peruenerit, nos eidem domino Johanni, Abbati, ratione sui monasterii, una cum Hinrico Trift, suo auunculo, promittimus literas per presentes, quod si, cum ad annos peruenerit, sepedictum ius cum fluento ad manus prefati domini Abbatis, qui pro tempore presuerit, non resignauerit, uel forte pretata bona, nunc rationabiliter uendita, impetierit, nos quatuor prefatam Ecclesiam a tali impetitione seruabimus indempenem penitus et illesam. In huius rei euidentis testi-